

minorem fidelitatem, quam par esset in re tanti momenti.

Absoluta oratione, responsum transumpta petiit Coronellus: inducias ad futuram usque Congregationem rogavit Valentia, satis, inquit, sibi temporis non fuisse, ut illa transferberet: atque ita cum Socio dimissus est.

Tum sacro Confessui exposuit Secretarius, Summum Pontificem desiderasse, ut Prædicatorum Observationes in Jesuitarum Vindicias eidem ipsis (si ita congruum videretur) traderentur. Re in deliberationem vocata, sancitum est, Illustrissimos Episcopos Agathensem, & Neritonensem Summum Pontificem adituros, qui & vanas Jesuitarum de Congregatione querimonias dissiparent, & imminens ex definitionis dilatione periculum demonstrarent: ac propterea Jesuitis omnino præcipiendum innumerent, ut si quid Prædicatorum Observationibus reponendum haberent, id quantocius conficerent.

Pontificem Illustrissimi Præsules adierunt, quem cum alloqui non potuerint, universa Pontifici Cubiculi Præfeto significarunt, qui ea se Sanctissimo relaturum, spondit.

Die 4. Maii 1601. ob periculosissimam Domini Cariatenis agritudinem, in adibus Episcopi Agathensis Congregatio vigesimaquinta habita est.

Nona Molinae propositio ad examen venit. Defensorum rationes, ad quatuor capita revocatas, exposuit D. le Boffu, Auctoris sensum summa fide in edita Censura expressum ostendit; Molinam, eisque Defensores a Cassiani figmento (quo virtutum semina singulis animabus beneficio Creatoris naturaliter impressa commentus est) non satis alienos demonstravit.

Tum, collatis suffragiis, rebusque mature discussis, propositionem nonam, uti Pelagianam, atque ab eius Defensoribus frustra ab hæresi vindicatam, proscriperunt. Dissensere more suo Plumbinus, & Bovius, quorum prima, Molinae licet adductus, nonnulla e libro CONCORDIÆ verba expungenda iudicavit; quibus lectores offendi facile possent. Aliter, tamen propositioem Molinianam, censura liberam ferensit, Defensorum nihilominus diverticula, quibus eam tueri tentarent, tanquam Apostolica doctrinæ contraria, reprobavit. Contenderant enim Molinae Vindices, liberi arbitrii conatus ad prævenientis gratiæ susceptionem absque errore admitti posse; modo rationem meriti non haberent, sed occasionis; ob quam Divina Gratia minus indignus evadit aliquis. *E contra*, inquit Antonius Bovius, *quidquid ex parte liberi arbitrii constituitur in ordine ad gratiam prævenientem, sive habeat rationem meriti, sive occasionis, propter quam homo aliquis minus ineptum, & minus indignum se præbeat, ut potius illi, quam alteri Deus optuletur, satis erit, ut dictum Apostoli: Quis te discernit? non habeat veritatem in omnibus: quod dici non potest.*

Hæc in causa fuere, cur eorum integra vota scripto dari sibi, postulaverit Secretarius, ut in Congregationis commentarios referrentur. Renuit aliquantulum Plumbinus; at iussu tandem assensit, eaque se cum Antonio Bovio propediem alaturum, spondit.

Interim Joanni de Rada, Summum Pontificem ad gerenda Ordinis sui negotia adituro, sacro Confessui injunxit, *Ut Sanctissimo Domino referret omnia, que acta erant in Congregatione, & Sanctissimum præceteris nomine totius Congregationis, ut occasiones, quas Patres Jesuitæ querebant, prævidendi in infinitum negotium illud, pro ipsius negotii magnitudine, & periculi, quod toti Ecclesie imminerebat, omnino vitaret.*

Sequenti Decreto nonæ propositionis Censura confirmata est.

Die Veneris, 4. Maii 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, eo quod D. Cariatenis graviter ægrotaret. Interfuerunt autem DD. Consultores ad examinendam nonam propositionem Molinæ, & ejus Censuram, atque Defensiones Patrum Jesuitarum, ad illam adhibitas: quibus omnibus expensis, & examinatis, censuerunt omnes, exceptis RR. PP. Procuratore Ordinis S. Augustini, & Regente Carmelitarum, persistendum in Censura, alias facta in propositionem nonam Molinæ.

Ita est: ego F. Julius Sanctutus, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: ego Lælius Landus Sueffanus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.

F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius, ita censo.

Ego F. Jacobus le Boffu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus, ita censo.

Et ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

Ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini.

Ita est: F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

Die 7. Maii 1601. defuncto superiori die Episcopo Cariateni, apud D. Agathensem DD. Consultores cum amborum Ordinum Theologis convenere, Congregationem vigesimam sextam celebraturi.

Vigesimæ propositionis vindicias de scripto recitavit Gregorius de Valentia. Hanc nedom a Pelagianorum errore remotissimam, verum etiam SS. Augustini, & Thomæ, necnon nobilium Theologorum sententiæ consonam, asseruit. Quæ duo dum videretur ostendere, *Tum multa*, inquit Secretarius, *involvit, ut nec veram Prædestinationis rationem explicaverit, nec Molinæ sententiam aperuerit.* Dixit per duas horas, fuzaque demum prolixitatis rogavit veniam, & recessit.

Consistentibus Consultoribus, Tufculum apud Summum Pontificem legatio decreta est, ut, nuntiato Episcopi Cariatenis obita, alterum Congregationis Præsidentem dari, supplicarent. Insuper nuntium amaro exceptis animo Sanctissimus Pater: demortui loco sufficit Episcopum Agathensem, cui antiquitatis jure assertus erat.

Die 10. Maii 1601. apud D. Agathensem vigesima septima Congregatio fuit. Non accessit D. Crellius, servato in alteram diem subscribendi jure.

Actum de decima Molinae propositione, cujus defensiones, Congregationi datas, exposuit D. le Boffu. Germanum Auctoris sensum, a Defensoribus finitè detortum, ostendit: citatos in ejus gratiam Auctores, longe aliter locutos, demonstravit.

Singuli, Plumbino, & Bovio duntaxat exceptis, propositionem quidem Semipelagianam, oblatas vero Societatis defensiones, dolosas, & fraudulentas pronuntiarunt. Fraudem singulari, inter alia, exemplo detexit Episcopus Montis-Pelufii; dum aperto Soti libro, Pelagianorum objectionem ab ipomet propositam, & confutatam, uti germanam Soti doctrinam, a Defensoribus citatam ostendit.

Dixit præ cæteris abunde Joannes de Rada; mul-

## CAPUT XXI.

Quid a vigesima-octava Congregatione ad vigesimam-secundam tractatum, ac definitum.

Die 17. Maii 1601. apud D. Agathensem pro vigesima-octava Congregatione sederunt meritisissimi Consultores.

De undecima propositione judicatum fuit. Ejus a Societate datas vindicias sacro Confessui proposuit D. le Boffu: *De singulis capitibus*, inquit Secretarius, *dixit sigillatim, ostenditque, aliqua esse omnino ridicula, & alia contra expressam Molinæ intentionem, & mentem: auctoritates adductas, in confirmationem propositionis, de qua agebatur, vel diminute relatas, vel falsos Doctores allegatos; alios vero contra propriam sententiam vitiatos in opinionem Molinæ.*

Ad suffragia subinde ventum est. Propositionis damnationi omnes, Plumbino, & Bovio duntaxat exceptis, subscribere. DD. Agathensis, Neritonensis, & Montis-Pelufii, subiungit idem Secretarius, *brevi oratione dixerunt, dubitari non posse de errore propositionis, neque de equitate Censuræ: nihilominus se expendisse quam diligentissime rationes PP. Defensorum; ex quibus nihil aliud potuerunt colligere, quam minorem fidelitatem in citandis Doctoribus, quam par esset in re adeo gravi, & rationes nonnullas indignas, quæ a Viris Theologis impugnentur serio. Ac propterea censuerunt, Censuram persistere in suo robore, neque æquum esse ab illa discedere.*

Alii longe fusius de subjecto argumento dixerunt, præsertim vero Coronellus; qui variis Scripturarum, ac Patrum momentis ostendit, corruptæ naturæ vires longe debiliores esse, quam puræ, donaque naturalia quoad substantiam quidem, non quoad modum, in Angelis, primoque Parente remanuisse, demonstravit.

Clarissimus Crellius ultimo loco sententiam dixit; ridensque admissum a PP. Jesuitis solœcismum, inquit: *Assensio Patribus Defensoribus. Ecce enim dicunt, propositionem agnoscentis traditam a Molina: NEC NULLUM continere errorem Pelagianorum, vel Semipelagianorum, putamus. Ergo secundum Defensores aliquem continet errorem; quia due negationes affirmant. Neque puto, (addidit) hunc fuisse lapsum Scriptoris, sed instinctu Spiritus Sancti factum: adeo est absurda Molinae propositio.*

Decreto in hunc modum subscriperunt universi.

Die Jovis, 17. Maii 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, cui interfuerunt omnes Consultores. In hac autem Congregatione expensa fuit propositio undecima Molinae.

Perpensit autem omnibus rationibus, a Patribus Jesuitis in defensione dictæ propositionis adductis, censuerunt omnes, (exceptis RR. PP. Procuratore Ordinis S. Augustini, & Regente Collegii Carmelitarum) persistendum in Censura. D. autem de Creil subscripsit utriusque propositionis, præcedentis, & præsentis Censuræ. Elapsus est autem, in expendendis prædictis, quatuor horarum, & eo amplius spatium.

Ita est: ego F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

Ita est: ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord.

multaque de dilectione Dei, ac lætæ naturæ viribus doctè disseruit, quæ Plumbinus confutanda sibi sumpsit: verum & ipse vicissim a Coronello confutatus, tanto rationum pondere prægravatus est, ut facies sponte submiserit.

Plumbini partes in se suscepit Antonius Bovius: Dei que amorem naturalem naturæ corruptæ viribus parem probaturus, cæteros Censores offendit. Argumento enim, ex viribus naturæ puræ desumpto, dubitari non posse, ait, esse in homine easdem vires ad operandum naturalia, quas habuisset homo, in puris naturalibus, & in natura integra conditus. Quo audito, sermonem abrupte Neritonensis Episcopus: *Quis poterit*, inquit, *se continere, hæc audiens? Ervas manifeste in re gravissima. Nec tamen ob id despondit animo Carmelita, sed, resumpto sermone, persecutus est institutum: Versamur, ait, in rebus fidei: abstractum a rationibus Philosophicis, ac Metaphysicis. Quodnam exstat Decretum Concilii, aut quæ Sedis Apostolicæ definitio, qua fateri præcipiatur, & credere, liberum hominis arbitrium ad opera moralia extenuatum adeo posse, ut illa sine speciali auxilio Gratie efficere non possit? Certe nullum tale Decretum habemus, maxime vero de dilectione Dei naturali. Quapropter propositionem decimam a censura liberam judicavit.*

Decreto in his verbis expressum est.

Die 10. Maii 1601. habita fuit Congregatio, cui (vita sancto D. Cariateni, cujus anima requiescat in pace) de ordine Sanctissimi præfuit D. Agathensis. In hac Congregatione interfuerunt omnes Consultores, excepto D. de Creil, qui, pio opere intentus, non potuit interesse; misit tamen excusationem suam, & petiit, ut, servato jure suo ad subscribendam propositionis decimæ Censuræ, quam ipse consideraverat, & expenderat responsoes Patrum defensorum, ut proxima futura Congregatione se explicaturum, dixerit, procederetur ad examen illius. Igitur expensa propositione decima Molinæ, & Censura in illam, necnon rationibus, a PP. Jesuitis in defensione præfatae propositionis productis, post maturam consultationem, censuerunt omnes, (exceptis RR. PP. Procuratore Ord. S. Augustini, & Regente Collegii Carmelitarum, qui dixerunt, præfatam propositionem posse defendi sine ulla Pelagianismi, vel Semipelagianismi nota) persistendum in Censura. Et ita subscriperunt.

Ita est: ego F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Convent.

Ita est: ego F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Regularis observantia Procurator Generalis, censo ut supra.

Ego F. Joannes Baptista Plumbinus, ordinis Erem. S. Augustini Procurator Generalis.

Et ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita est: ego F. Jacobus le Boffu, Doctor Sorbonicus.

Ego Ludovicus de Creil, expensa Patrum Societatis responsione, declaravi ante Congregationem, me persistere in Censura propositionis decimæ. Ob id die decima-septima subscripsi.



Ord. Eremitarum S. Augusti. Procurator Generalis.  
 „ Ita est: F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.  
 „ Ita est: F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.  
 „ Ita est: ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.  
 „ Ita est: ego F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus, & Benedictinus.  
 „ Ita est: ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis, Doctor.  
 Die 24. Maij 1601. apud Episcopum Agathensem ad Congregationem vigesimam-nonam convenere Consultores. Absuit Joannes de Rada, ægritudine derentus: suam tamen de propositione duodecima sententiam scripto misit, qua standum in Censura judicabat, dataque opportunitate, se subscripserunt, promittebat. Absuerunt pariter Plumbinus, & Bovius, qui suam de eadem propositione iudicium sequenti Congregatione laturos, sponderunt.

De duodecima igitur propositione actum est. Societatis defensiones pro more retulit, & exposuit D. le Bossu; & reque per omnium vota diligentius, ac maturius expensa, sequenti damnationis Decreto subscripsere.

Addit ad hæc Clarissimus Pegna, (1) famam fuisse, Plumbinum, & Bovium a Congregatione consulto abstinuisse; quod adeo absona foret Molinae propositio, ut nulla posset veritatis specie cohonestari.

Die Jovis, 24. Maij 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, ad examinandum propositionem duodecimam Molinae, & Censuram in illam; nec non ad rationes, a PP. Jesuitis productas pro Molina, expendendas; quibus omnibus mature discussis, censuerunt Domini, non obstantibus ex adverso productis a Patribus defensoribus, persistendum in Censura. P. Rada scripsit ad Congregationem, se propter ægram valetudinem non potuisse interesse: suam tamen sententiam explicavit, dicens, se persistere in Censura, eique subscribere. R. P. Procurator S. Augustini, & Regens Carmelitarum, qui non interfuerunt, in futura Congregatione iudicium proferent de hac duodecima propositione.

„ Ita est: ego F. Julius Sanctus, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

„ Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

„ F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

„ Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

„ Ita est: F. Greg. Nunnus Coronel, Secretarius, Doctor Sorbonicus.

„ Ita est: Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

„ Ita est: ego F. Joannes de Rada, Ordinis S. Francisci Procurator Generalis.

„ Propositionem hanc, quam probabilem iudicat Molina, alienam esse ab errore tam Pelagianiano, quam Semipelagianiano, censo ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

„ Ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita, censo, in hac duodecima propositione, prout sustinetur a Molina, nihil esse, quod adverteretur Catholicæ veritati.

„ Die 1. Junij 1601. apud Episcopum Agathensem trigessimam Congregationem habuerunt meritis Consultores.

(1) In Diario.

Defensiones decimæ-tertiæ propositionis, in iudicium vocatæ, a Societate datas retulit D. le Bossu. *Fraudes, ac fallaces dicendi modos detexit, quibus utebantur Defensores, ut veritatem occultarent, inquit Notarius. Singuli deinceps prolixius de propositione dixerunt; ac demum, collatis suffragiis, damnationis sententiam, Plumbino, ac Bovio demptis, pronuntiarunt.*

Sicubi unquam, hic maxime Plumbini suffragium mirari fuit. Cœpit in primis adversus Jesuitas declamare, qui, ob trajectam in Censura, Scribæ vicio, voculam unam, Congregationi fraudis crimen imposuissent; cum unus, idemque sensus undecumque rediret. Subiunxit, eam sibi semper Molinae sententiam displicuisse: *Cum quo auxilio unus perseverat, potest non perseverare; & e contra. Addidit nihilominus, eodem plane jure decimam-tertiam Molinae propositionem ab errore vindicari posse, quo decimam-tertiam Cassiani Collationem Doctores aliqui vindicantur. Gloriosum sane Ludovico Molinae iudicium! Id interim ut ostenderet, tot implicavit, & involvit absurda, ut vix essent apud posteros fidem habitura, nisi propriis Secretarii verbis referrentur: Id ut ostenderet, inquit ille, proposui, necessario confitentem esse Gratiam efficacem secundum suam entitatem precise: & hanc prædeterminare voluntatem nostram ad bonum velle: atque in hoc omnino se tenere, ut sepe dixerat, contra Molinam; & eamque esse doctrinam de Scientia-Media. Interim tamen Molinam vere dixisse, & secundum doctrinam S. Augustini, quod Deus dat gratiam prævenientem, per quam dat homini posse, & constituitur in actu primo. Deinde homo operatur, & simul gratia cooperans cum illo, quam alia schola comitem appellat: & sic hominem istum habere gratiam sufficientem, & efficacem. Et eodem modo sentiendum esse de dono perseverantiae; quod, postquam homo constitutus est in actu primo per gratiam, que dat posse perseverare, homo ipse perseverat, si vult. Quem sensum dixit esse Catholicum: hoc esse donum perseverantiae ex hypothesi, quod Deus per Scientiam-Mediam prævidet, hominem cum tali Gratia auxilio perseveraturum.*

Hujus suffragii repugnantiam, & ineptiam ostendit Coronellus, dum ordine suo sententiam dixit. Quod cum ille molestus ferret, & in civitatem erumperet: *Pater Reverende, inquit ille, oportet, ut habeas verba prius ad limam, quam ad linguam, & mature consideres, que dicuntur es. Non enim que asseris, possunt consistere: & quo te doctorem prædicas (quem ego doctissimum agnosco) eo magis cogendus esses ad loquendum consequenter: Non enim decet, Virum doctissimum, ut Molinam defendat, propria sententia contradiere.*

Decretum fuit, ut sequitur.

„ Die Veneris, 1. Junij 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, & interfuerunt omnes Consultores, ad expendendas repositiones PP. Jesuitarum ad decimam-tertiam propositionem Molinae, & Censuram in illam: quibus omnibus diligenter discussis non obstantibus, censuerunt omnes, persistendum in Censura, exceptis RR. PP. Procuratore Ordinis S. Augustini, & Regente Collegii Carmelitarum, qui dixerunt, prælatam propositionem decimam-tertiam Molinae nullo modo esse Pelagianam, vel Semipelagianam.

„ F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

„ Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

„ Ita est: Episcopus Montis-Pelufii confirmo.

„ Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Conventualis.

„ Ita

„ Ita est: F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.

„ Ita est: F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

„ Ita est, ut supra: ego F. Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

„ Ita est: F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

„ Ita est: F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

„ Ita est: Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

Die 7. Junij 1601. Congregatio trigesima-prima apud D. Agathensem celebrata est, ad decimam-quartam propositionis examen. Huic se negavit Joannes Baptista Plumbinus, misso per epistolam voto suo, quo Molinae de Scientia-Media doctrinam, verissimam, & a Semipelagianismo remotissimam iudicabat, servato in diem alteram subscribendi jure. Absentia porro excusationem rogavit, quod de gravissimis Ordinis sui negotiis cum Summo Pontifice agendum ipsi foret. Quanquam tamen die mensis ejusdem 14. (quo Congregatio habenda erat, sed ob Secretarii ægritudinem dilata est) in acta publica referri, iusserunt DD. Consultores, comperum fuisse, P. Plumbinum illa die neque Sanctissimum adisse, neque, ullum cum illo pertractandum Ordinis sui negotium habuisse; sed id finxisse, quod eum puderet illam Molinae propositionem de Scientia-Media, quam usque ad præcedentem Congregationem Semipelagianam pronuntiaverat, jam tanquam Catholicam approbare: *Certe, subjungit Secretarius, cum epistola non equebat, ut dicitur; maluit scribere, quam viva voce illam amplecti, ne contra proprium sensum dicens, aliis ludibrio esset.*

Ut ut est, proposita de more Societatis vindicta a D. Bossutio, atque a Consultoribus diligentissime discussa, ad eluendam Semipelagianismi notam insufficientes habita sunt.

Decretum forma sequenti prodit.

„ Die Jovis, 7. Junij 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, ad examinandum propositionem decimam-quartam Molinae, & ad expendendas defensiones, adductas a PP. Jesuitis pro illa. Cui interfuerunt omnes Consultores, excepto P. Procuratore Ord. S. Augustini, qui scripto misit ad Congregationem suam sententiam de prædicta propositione. Igitur omnibus, quorum meminit Censura, & productis ex adverso a dictis Patribus, diligenter ventilatis, & discussis, conclusum fuit, ut persistetur in Censura: exceptis RR. PP. Regente Collegii Carmelitarum, qui censuit, esse verissimam propositionem Molinae; & Procuratore S. Augustini, qui scripto dixit, decimam-quartam propositionem de scientia futurorum contingentium conditionalium, quam Mediam vocat Molina, salvo semper meliori iudicio, esse Catholicam, & verissimam; ac proinde nullo pacto accedere ad labem Pelagianam, neque Semipelagianam. Et sic subscripserunt.

„ F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

„ Ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

„ F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

„ Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

„ Ita est: ego F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.

„ Ita est: ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

„ Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

„ Ita est: ego F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

„ Ita est: ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

„ Ita est: ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

„ Die 27. Junij 1601. Apud D. Agathensem pro trigesima-tertia Congregatione federunt DD. Consultores. In iudicium venit decima-sexta propositio; cujus defensiones, a Patribus Societatis elucubratas, exposuit pro officio suo D. le Bossu. Contra propositionem pronuntiarunt universi, si

„ Ita est: F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, Doctor Sorbonicus.

„ Ita est: Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

„ Ita est: F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis. Die 22.

CAPUT XXII.

Quid a trigesima-secunda quarti bujus examinis Congregatione ad ultimam usque definitum.

Die 22. Junij 1601. ad trigessimam-secundam Congregationem in Episcopi Agathensis Palatio convenere DD. Consultores pro decima-quinta propositionis examine. Absentia sua rogavit veniam Antonius Bovius, misso scripto, quo propositionem censura liberam pronuntiabat, & subscribendi jus reservabat.

Propositis a D. Bossutio Jesuitarum vindictis, dixerunt singuli per ordinem, ac in decisis standum, iudicantur. Propositioni, pro more favit Joannes Baptista Plumbinus, quam a Semipelagianismo remotissimam defendit. Qua in re tam lubrica, versatus est, & ambigue, ut nec pro Molina, nec contra illum aliquid concludere videretur: si actis fides est.

Decretum est in hunc modum.

„ Die Veneris, 22. Junij 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, ad expendendas rationes, a Patribus Defensoribus productas pro decima-quinta propositione Molinae. Interfuerunt autem omnes Consultores, excepto P. Regente Collegii Carmelitarum, qui scripto misit ad Congregationem, iudicium tulit de prædicta propositione, & Censura in eam. Igitur post longam hujus rei discussionem, & consultationem, censuerunt omnes, persistendum in Censura, non obstantibus ex adverso productis ab iis, qui Molinam ab erroris homine vindicare conabantur: exceptis RR. PP. Procuratore S. Augustini, & Regente Collegii Carmelitarum, qui tenent, prædictam propositionem nullum continere errorem Pelagianorum, vel Semipelagianorum, aut aliquid, quod adverteretur Catholicæ veritati. Et ita subscripserunt.

„ Ita est: ego F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

„ Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

„ F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii.

„ Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

„ Ita est: ego F. Joannes de Rada, Ordinis S. Francisci Procurator Generalis.

„ Ita est: ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

„ Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

„ Ita est: ego F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

„ Ita est: ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

„ Ita est: ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

„ Die 27. Junij 1601. Apud D. Agathensem pro trigesima-tertia Congregatione federunt DD. Consultores. In iudicium venit decima-sexta propositio; cujus defensiones, a Patribus Societatis elucubratas, exposuit pro officio suo D. le Bossu. Contra propositionem pronuntiarunt universi, si



Plumbinum, ac Bovium excipias: quamquam & illi ea in votis suis de Molina doctrina, & Massiliensium erroribus, facti sunt, unde propositionis damnationem aequiori jure colligeres, quam defensionem. Prior enim, iniquum Congregationis Acta, ingenue fatebatur; Molinam unicum tantum constituere auxilium dicitur, necessarium ad justificationem impii: neque agnovisse distinctionem Gratie in sufficientem, & efficacem. Alter advertit, Semipelagianorum errorem tribus in capitibus positum: 1. Quia ponebant, conatum Liberi Arbitrii precedere gratiam prevenientem. 2. Quia dicebant, gratiam adjuvantem esse comitem, non præviam. 3. Quia hujus Gratie efficaciam dicebant pendere a consensu Liberi Arbitrii.

*Decretum hoc modo.*

Die Mercurii, 27. Junij 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem, cui interfuerunt omnes Consultores. Expensis autem, repetita lectione, propositione decima-sexta Molinae, & Censura Congregationis in illam, nec non diligenter consideratis rationibus, productis ex adverso a Patribus Jesuitis in defensionem prædictæ propositionis; illis non obstantibus, censuerunt omnes, persistendum in Censura: exceptis RR. PP. Procuratore Ordinis S. Augustini, & Regente Collegii Carmelitarum, qui dixerunt, prædictam propositionem continere aliquem errorem Pelagianorum, vel Semipelagianorum. Et ita subscriperunt.

Ita est: F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

Ita est: F. Joan. de Rada, Procurator Generalis.

Ita est: ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita est: ego F. Joan. Anton. Bovius, Carmelita.

Ita est: F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, Doctor Sorbonicus.

Ita est: ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

Die 5. Julij 1601. Congregationem trigessimam-quartam in D. Agathensem adhibuerunt DD. Consultores. Sub virga fuit decima-septima propositio. Post auditas vindicias, ac maturo critério examinatas, solitis Molinae vindiciis demptis, in damnationis sententiam venerunt omnes. Quamquam tamen Plumbinus non omnino Molinam absolvit; quem enim a Pelagianorum hæresi liberavit, eandem errare censuit in illatione, quam facit: *Si Gratia efficax est ex vi Divinae motionis, tollitur libertas Arbitrii.* Quod quanti momenti sit, nemo non videt: etsi in Decreti subscriptione id ipsum dissimulaverit Plumbinus; cæteris facti veritatem attestantibus.

*Sequenti Decreto definita res est.*

Die Jovis, 5. Julij 1601. habita fuit Congregatio apud D. Agathensem. Interfuerunt autem omnes Consultores. In hac Congregatione expensæ fuerunt Defensorum Molinae rationes, pro decima-septima propositione. Quibus diligenter discussis, repetita etiam inspectione præfate propositionis, & locorum, quorum Censura in illam meminit, censuerunt omnes, non obstantibus ex adverso productis, persistendum in Censura: exceptis RR. PP. Procuratore Ord. S. Augustini, qui censuit, Molinam quidem

errare in illatione, quam facit: Si Gratia efficax est ex vi Divinae motionis, tollitur libertas Arbitrii: nihilominus tamen propositionem ipsam decimam-septimam Molinae nullum errorem continere Pelagianum, vel Semipelagianum; & Regente Collegii Carmelitarum, qui dixit, in illa propositione nihil contineri, quod Fidei Catholicæ adverteretur. Et ita subscriperunt.

Ita est: F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

Ita est: ego F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.

Ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Ord. Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis, hanc totam decimam-septimam propositionem esse probabilem, cenfeo.

Ita est, prout dicitur in Decreto, & persisto in Censura, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita est: F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

Ita est, ut dicitur in Decreto: ego F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

Ita est, prout in Decreto: ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

Die 12. Julij 1601. apud D. Agathensem trigessimam-quintum Conveniunt eger DD. Consultores. Defuit Joannes de Rada, qui, missis Epistolis, sententiam se proxima Congregatione dicendum, significavit. Ad trutinam venit decima-octava propositio. Relatis, ac ponderatis Societatis momentis, quibus eam a Semipelagianismo liberare tentaverat, damnationis sententia lata est. Dissenserunt Augustinienium Procurator, & Carmelitarum Regens.

*Decretum ita instructum est.*

Die Jovis, 12. Julij 1601. habita fuit Congregatio apud D. S. Agathæ Gothorum. Interfuerunt autem omnes Consultores, excepto P. Magistro Rada, qui, gravi negotio Ordinis sui impeditus, interesse non potuit, sed promisit scripto suo, misso ad Congregationem, in proxima futura Congregatione se dicturum quicquid de hac decima-octava & decima-nona propositione sentiat. Igitur, repetita inspectione propositionis decima-octavae Molinae, & Censurae in illam, expensis etiam Defensorum rationibus, pro illa productis, censuerunt omnes, persistendum in Censura: exceptis RR. PP. Procuratore Ordinis S. Augustini, & Regente Collegii Carmelitarum, qui dixerunt, prædictam propositionem non accedere ad errorem Pelagianorum, vel Semipelagianorum. Et ita subscriperunt.

Ita est: F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

Ita est: ego F. Joannes Baptista Plumbinus, Procurator Generalis Ordinis S. Augustini.

Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita est: ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

Ita est: ego F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, Doctor Sorbonicus.

Ita est: ego Ludovicus de Creil, Doctor Sorbonæ Parisiensis.

Die 31. Julij 1601. apud D. Agathensem Congregationem trigessimam-septimam habuerunt DD. Consultores ad vigesima propositionis examen. Per interpositam personam absentis suæ veniam petiit Augustinienium Procurator.

Patrum Jesuitarum responsiones apologeticas exposuit D. le Bossu, amulique suffragis difficultas agitata est. Denum præfata Censura subscribendum, censuerunt omnes, Bovio duntaxat excepto.

Addit ad hæc D. Regna. (1) Observatum fuit, Antonium Bovium in hac Congregatione

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita

Ita est: F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

Ita est: ego Ludovicus de Creil, Sorbonæ Parisiensis Doctor.

Subscribo die 19. mensis Julij in Congregatione Censura hujus decima-octavae propositionis ego, F. Joannes de Rada, Procurator Generalis Ordinis S. Francisci.

Die 19. Julij 1601. apud D. Agathensem trigesima-sexta Congregatio fuit. Huic se negavit Augustinienium Procurator, nec, nisi absoluto conventu, excusationem per Epistolas misit. Retulit pro more D. le Bossu propositionis decima-nona vindicias, a Defensoribus datas. Has universus Ordo diligenter expendit, & ad eluendam Semipelagianismi Censuram elumbes omnino judicavit. Unicus pro Molina stetit Antonius Bovius.

De hac perinde, ac de præcedenti propositione dixit Joannes de Rada. Hæsit aliquandiu, an Molinae de æterna bonorum actuum prædefinitione doctrinam hæreses damnaturus esset, tametsi eam, uti falsam, ac periculosam, damnate non dubitaret. Re tamen maturius inspecta, auditisque cæterorum votis, Censuræ subscripsit simpliciter, & in integrum.

*Decretum prodit in hunc modum.*

Die Jovis, 19. Julij 1601. habita fuit Congregatio apud D. S. Agathæ Gothorum. Interfuerunt autem omnes Consultores, excepto P. Procuratore Ord. S. Augustini, qui, nulla missa excusatione ad Congregationem, absuit.

In hac Congregatione discussæ fuerunt propositio decima-nona Molinae, Censura in illam, nec non rationes, a PP. Jesuitis productæ pro præfata propositione. Post longam autem, & diligentem horum discussionem censuerunt omnes, persistendum in Censura: excepto R. P. Collegii Carmelitarum.

Deinde propter rationes sufficientes Domini prorogatur futuram Congregationem usque ad diem trigessimam-primam hujus mensis. Et ita subscriperunt omnes.

Ita est: ego F. Julius, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

F. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii, confirmo.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

Ita est: ego F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.

Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita est: ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

Ita est: ego F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

Ita est: ego Ludovicus de Creil, Doctor Sorbonæ Parisiensis.

remissus, tepidius, immo vero frigidius Molinae causam egisse, nec aliquid dixisse, quod esset aliquis momenti: quod ipsum in aliquot præcedentibus Congregationibus jam contigerat; ut re vera nonnulli Consultores opinarentur, nullam aliam ob causam ipsum adhuc hinc opinionibus hæcere, quam quod esset discipulus Jesuitarum.

*Decretum sequens videtur.*

Die Martis, 31. Julij 1601. habita fuit Congregatio apud D. S. Agathæ Gothorum. Interfuerunt omnes Consultores, excepto Procuratore Ordinis S. Augustini. In hac Congregatione, repetita lectione propositionis vigesima, & Censurae in illam; post diligentem utriusque discussionem, non obstantibus ex adverso productis a PP. Jesuitis pro prædicta propositione, quæ attente examinata fuerunt, censuerunt omnes, persistendum esse in Censura, excepto R. P. Regente Collegii Carmelitarum. Censuram autem tam in hanc vigesimam propositionem, quam in præcedentes alias Molinae propositiones, Congregatio submisit judicio, & determinationi S. D. N. Clementis Papæ VIII. submittit.

Post absolutam actionem præcedentis Congregationis, P. Procurator Ord. S. Augustini misit suam excusationem: ante hanc autem Congregationem comparuit quidam, qui eius excusavit absentiam. Et ita absoluta est præfata actio ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est: F. Julius Sanctus, Episcopus S. Agathæ Gothorum.

Ita est: ego Lælius Landus, Episcopus Neritonensis.

D. Hippolytus, Episcopus Montis-Pelufii.

Ita est: F. Hieronymus Palanterius, Franciscanus Conventualis.

Ita est: F. Joannes de Rada, Ord. S. Francisci Procurator Generalis.

Ita est: ego F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita est: ego F. Joannes Antonius Bovius, Carmelita.

Ita est: ego F. Jacobus le Bossu, Benedictinus, & Doctor Sorbonicus.

Ita est: ego Ludovicus de Creil, Doctor Sorbonæ Parisiensis.

CAPUT XXIII.

Quartæ examinis Decreta, cæteraque Congregationis Instrumenta disponunt, Summi Pontifici tradunt DD. Consultores.

Nædum erant hujus examinis absoluta iudicia, (2) cum de ordinandis Congregationis Instrumentis cogitarent Censores æquissimi. Ea de re apud Joannem de Rada die 3. Julij deliberaturi conveniant; communibusque votis provinciam illam Patri Secretario, ac D. Bossuo demandaverant. Is eis fuerat præscriptus ordo: Ut primum viginti Molinae propositiones, cum adjuncta singulis speciali Censura, poliori charactere describi curarent. Deinde Congregationis Decreta, in Censurarum confirmationem recens edita, cum Consultorum subscriptionibus: tum demum Societatis vindicias, ac cujuslibet propositionis defensionem oblatas, cum Congregationis responsis apponerent.

Dum in eam curam post absolutas Congregationes potissimum intenderent, intellexit Sanctissimus



mus Pontifex absolutum Congregationis examen. Censores, rerum seriem exploraturus, acciri iussit; eosque, die 6. Augusti ad audientiam admittens, interrogavit, quid tandem in Congregationibus definitum, quid statutum? Numve in unam sententiam conspirassent universi? Præmissa gestorum narratione, respondit Episcopus Agathensis, lata Decreta, cæteraque instrumenta per Deputatos Viros ordinari, soloque Plumbinum, ac Bovium, a cæteris dissensisse. Reposuit Beatissimus Pater: (1) *Agite, quod statists, & quod vestrarum est partium, ut nos quoque facere possimus, quod nostræ est auctoritatis.* Moxque ad Cammelitam converto sermone, adversus Scientiam-Mediam per duas, & amplius horas disputavit, firmamque ferendam damnationis voluntatem aperuit.

Injunctum sibi opus sub finem mensis Octobris consummarunt Coronellus, & Bossutius, cæterosque Censores ad illius recognitionem invitarunt. Verum, suborta dubitatione, num si quoque vocandi forent, qui a communi sententia dissentiant, Pontificem consulere, necesse fuit. Hos ille advocari vetuit, ne, quod prodiderant hactenus, nunc etiam Congregationis secretum divulgarent. Aperuit etiam hac occasione Sanctissimus Pater, quam alte de Gratia efficaci sentiret, quam feliciter Augustini mentem attigisset; cuius lectioni ut per otium incumberet, Tusculum sæpe fecerat.

Semotis igitur Plumbino, & Bovio, ad ordinatorum instrumentorum recognitionem convenire ad diem usque Novembris decimam. Sub Censuræ finem communibus votis additum est: *Plures quidem alias propositiones, a Molina assertas, merito potuisse acri Censura coerceri; eas tamen consulto fuisse omittas, quia non omnino ad hanc de Gratia, & Prædestinatione materiam pertinent. Statutum hic etiam fuit, absentem saltem interrogandum esse, nam tandem Collegis assentiri, ac Censuris subscribere vellent. Verum iis recusantibus, Deoretis, politiciore charactere exaratis, cæteri subscribere die mensis ejusdem vigesima-nona.*

Novam igitur Censuram, aliaque Congregationis documenta die quinta sequentis Clementi VIII. tradiderunt: Qui in eam scriptorum congeriem statim intruens, inquit: (2) *Hæc videntur mihi valde prolixa. Si ad ea persequenda annus vobis necessarius fuit; mihi certe ad ea perlegenda annus non sufficit.* Prolixitatis, quam sola Jesuitarum objectionibus satisfaciendi necessitas inquerat, rogarunt veniam; et si non omnia minutatim Sanctitati Sææ legenda inmitterent, quam & ingenii felicitas, & angularis eruditio tanto onere liberare merito possent.

Supplicavit omnium nomine Agathensis Episcopus, ut rem quantocius Pontificia Auctoritate definiret, ne indefessa Societatis arte, proscripta Molina doctrina latius serperet. Subjunctis Clarissimus Bossutius, Academiæ Parisiensem, Apostolici Iudicii expectatione suspensam, ab examinandis Divinæ Gratia controversiis temperasse, tamen Jesuitæ Parisiis, non secus ac Romæ, studiosa machinatione suas singulis opiniones insuffurrare molirentur. Periculum sensit, ac doluit optimus Pater; illisque rursus instantibus, ut hæc nova Congregationis iudicia Molina Vindicibus minime traderet, ne novas circulationes, ac moras intentarent, respondit gemebundus: (3) *Quid agemus? cum isti etiam nunc dicant, se non esse auditos.*

(1) Fate quello, che avete determinato, e quello che appartiene a voi, accid noi possiamo fare quello, che appartiene alla nostra autorità. (2) Mi pare molto lungo. Se voi sete stato un anno di farlo, a me non basta un anno per leggerlo. (3) Come faremo; poichè essi dicono anche adesso, che non sono stati sentiti? (4) Ex: Origine in Pigne Collect. Ex. Italico Latine datur.

Obstupere quotquot aderant Consultores, parumque absuit, quin aperta indignatione solverentur. Jesuitas ad nauseam usque & scripto, & verbo auditos, Molina vindicias toto pene anno discussas, Concordiæ loca diligentissime recognita, iudicium demum, presentibus, ac etiam perorantibus partibus, constitutum, conclamantur; nihilque propterea causæ esse, cur nugacem profus, & absomam expostulationem exciperet.

Nec certe ea se moveri, significavit infracti animi Pontifex: quin potius pristini propositi tenax, rem sese, absoluta Actorum lectione, definiturum spondit: atque ita soluta collatio est.

Interea, que secreto tractata fuerant, publica fama ferebantur. Atque, ut in vagis rumoribus summa cuique inest sentiendi libertas, non defuere, qui Censuræ prolixitatem in malum omen acciperent. Verebantur enim, ne vel nimio lectionis onere solveretur Pontifex, vel ob id saltem causæ definitionem procrastinare cogeretur. Suam ea de re Congregationis Præsidi mentem aperuit Franciscus Pegna, Rota Romana Decanus: cui cum ille non omnino ex tempore satisfecisset, hanc eadem ipsa die dedit Epistolam, qua gestorum omnium seriem, ac rationem exposuit. Placuit, eam ex integro subjungere; quod Molina Defensorem artes in vitiandis SS. Patrum, ac Theologorum testimoniis aperiat, eaque omnia brevi complectatur, que fassus a Secretario in Congregationis Acta relata sunt.

#### PERILLUSTRIS, AC REVERENDISSIMÆ DOMINE.

(4) *Hæc mea præsentis Epistola Perillustri, ac Reverendissimæ Dominationi Vestrae significandum, iudicavi, paulo distinctius, ac prolixius, quam hodie ex occasione verbo fecerim, quid in negotio, nobis a S. D. N. imposito, contingerit. Dicam igitur, Censuram, a Congregatione editam, viginti Molina propositiones complecti, quæ hujus Auctoris cum Pelagianis, ac Semipelagianis consonantiam breviter exponunt. Sub finem additum est brevissimam Congregationis nostræ Decretum, Consultorum subscriptione munitum, quo decernitur, quid circa Molina causam factum sit opus.*

Censuræ liber, qui prima fronte S. D. N. paulo prolixior visus est, prædictæ Congregationis responsionem ad Patrum Jesuitarum vindicias complectitur. Quoniam vero plus æquo prolixiores fuerant, ob nimiam laudatorum auctoritatis copiam, cavillationes plurimas, sophismata, insolitasque Molinianæ sententiæ expositiones; ad sufficientem rerum omnium expositionem, res majori brevitate confici non potuit, quam quæ a Congregatione adhibita fuit. *E perche in dette loro risposte sono stati molto lunghi, con copia di molti Dottori, e molte cavillationi, e sofismi, e straordinarii sensi del Molina: per soddisfar a pieno ad ogni cosa, non si è potuto usare brevità più di quella si è osservata.* Quapropter, si Congregatio aliter fecisset, non cumulate satisfecisset Sææ Sanctitatis voluntati, magnamque propriam famam jacturam fecisset.

Huc etiam prolixiori libro præfatio præmittitur, in qua id omne compendio enarratur, quod in ipso libro fufe continetur; indi-

Bi-

gitando auctores omnes, uti ab ipsis laudati fuerent, truncati, & contra propriam illorum mentem; nec sine cavillis præpotere assutis, quibus prædicti Defensores utuntur. Quapropter iis, aliisque momentis facile dijudicari potest, quam vale defatigati sint ad ejus defensionem, qui tam juste damnari meretur.

Istud scribendum iudicavi, ut iis cumulate satisfacerem, quibus hodierna luce verbo satisfacere non licuit. Noverit, ac certo credat Perillustri, ac Reverendissima Dominatione Vestra, lucubrationes summo studio elaboratas esse, non sine singulari Divinæ Gratia ope. Et quidem prænotavit Congregatio, librum Censuræ prolixiorum habitum iri: hanc nihilominus prolixitatem necessariam censuit ad uberiorem objectionum omnium consultationem; tantamque ea in re diligentiam adhibuit, quantum quis prudenter desiderare possit, aut debet.

Decretum, Censuræ viginti propositionum, Pelagianorum subiectum, statuit, librum Molinianæ, ejusque doctrinam, utpote Pelagianam, ac Semipelagianam, damnandam esse; Molinae quoque commentarios in Primam Partem interdicendos, donec ea omnia ab eis expuncta fuerint, quæ ad istud argumentum attinent.

Plurimam salutem dico, meque totam ad officia offero. Datum in domo mea die 21. Decembris 1601.

Perillustri, ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ servus obsequentissimus, Julius Sylvius Sanctiur, Episcopus S. Agathæ.

#### CAPUT XXIV.

Causæ definitionem per Epistolas, & Administras urget Catholicus Rex: Promittit Pontifex.

Cum hæc Romæ indefesso studio gererentur, majores in Hispania tumultus implacabili amulatione fovebantur. (1) Philippus III., paterna virtutis hæres, florentissimi Regni exordia in componendis partium animis impendit. Verum, crescente in dies contentio pernicia, impendientia toti Regno, ac ipsi etiam Ecclesiæ Catholicæ damna Pontificia duntaxat Definitione averti posse, iudicavit. Ad Excellentissimum Ducem de Sessa, Oratorem suum in Curia Romana constitutum, sequentem Epistolam dedit; qua extremæ causæ iudicium omni sollicitudine urgendum, imperabat.

Dux de Sessa, & Vaena, confobrino. (2) *Ob dilatam Sedis Apostolicæ iudicium de controversis Prædicatoribus inter, ac Jesuitas Divinæ Gratia questionibus, grave Ecclesiæ Catholicæ periculum imminet. Utrique enim suas in dies opinioniones tenacius exhibent, ac devotorum animis inferunt. Cum ergo ad Christi Vicarium pertineat, imminet inde pericula opportune præcavere, nostrique officii sit, pro filialis obsequantia religione eadem ipsi in memoriam revocare; idcirco pro præsentibus Litteris injungo, ut hæc Sanctitati Sææ nomine meo significes; quatenus Controversiam, attenta urgenti necessitate, brevi definiat. Adde, me ad ista significanda officii duntaxat, ac debiti religione moveri. Curabis, ne ultra Definitio protrahatur: quæ vero in posterum accident, rescribes sedulo. Datum Lermis die 3. Maii 1601. Ego Rex.*

D. P. Franquezæ.

Egit secundum mandata Regia dignissimus Orator. Piam Catholicæ Regis sollicitudinem, imminensque periculum exposuit die 12. Junii, qua ad Clementis VIII. colloquium admittus est. Hæreses Lutherana exemplum præ oculis posuit, quam fera remedii dilatione vires obtinuisse, nemo nescit. Addiditque, longe gravius periculum oriturum, si forte Jesuita in errore versari, contingeret, quod ubique pene juvenutis institutioni præficereatur. Consilium probavit Sanctissimus Pontifex, atque nihil sese, nisi deputatorum Censuram iudicium, pro ferenda Definitione desiderare. Unica tamen difficultate cruciatur, quam post dies aliquot (3) Francisco Pegna, Rota Romana Decano, secreto detexit; ne videlicet Jesuita Apostolicæ Definitioni subesse detrectarent. Quod sane ex tumultuantis Societatis querelis, ac minis suspicari, facile erat.

Fecit ei animos Vir clarissimus. Non defuturam Catholicæ Regis auctoritatem, pollicitus est, qua perduelles ad officium revocarentur. Hæreses, sectatorum numero, fautorum auctoritate, locorum diffusionem majores, feliciter repressas ostendit. Nec verendum addidit, ne non satis discussam causam essentent aliqui, quam & in Belgicis, Hispanicisque Academiis jam pridem discussam, & in Romanis Congregationibus triennio agitatam, universus Orbis agnosceret. Tum ejus pedibus provolutus, deformatam opinionum novitatis Hispaniense Ecclesiæ faciem exposuit, obnixè rogans, ut præsentem remedio subveniret. Respondit, se in id unum incumbere, nec defuturam supremi Numinis providentiam.

Verum cum, elapsis mensibus aliquot, in Hispaniam pervenisset rumor, suas meritissimos Censores Congregationes absolvisse, necdum tamen Definitionem Apostolicam vulgari; institit secundo Rex Catholicus, novarum morarum impatiens. Movit Religiosissimi Principis zelum mali incrementum, ac medicinæ dilatio, quam hactenus præsentissimam fore, putaverat. Scripsit porro Oratori suo in hæc verba.

Dux de Sessa, & Vaena, confobrino, meo a Consiliis, & Orator. (4) *Urget in dies necessitas Apostolicæ Definitionis in causa Divinæ, novarum Auxiliorum, qua Prædicatorum Ordinis Religiosi cum Societate committuntur. Tantumque ex iudicii dilatione periculum oriri possit, ut Religionis officio ducar injungere, uti & per præsentibus injungo, quatenus istud Sanctitati Sææ nomine meo significes, & quam majori poteris studio intes, ac roges, subortas inter eos dissensiones Apostolicæ Definitione componi; ne, summa Dei injuria graviore ex diuturniori dilatione pericula sobolascant. Quapropter ea omnia Sanctitatis Sææ, ac Sedis Apostolicæ Auctoritate vitari, velim. Eoque sine necessariam omnem curam impendes, donec extremo iudicio causa definiatur. Sanctitatis Sææ responsionem facias mihi fidem; id enim mihi maxime cordi est. Datum Vallisoletæ die 30. Septembris 1601. Ego Rex.*

D. P. Franquezæ.

Accendit Oratoris zelum secunda eodem de argumento Regis Epistola. Pontificem die 10. Decembris adiit, omnique conatu pro Apostolica Definitione supplicavit. Monuit autem, non adeo ea in re pertimescendam Societatem, cum in unius Molina defensionem non conspirarent universi, sed mutuo secum schismate scinderentur. Arrisit Summo Pontifici verbum. Regi Catholicico rescri-

(1) Omnia ferme ex Clarissimi Pegna Diario petuntur. (2) Ex Hispano Latine datur. (3) Die 7. Augusti. (4) Ex Hispano Latine datur.



rescribi iussit, se non modo per interpositas personas, sed per sese causæ huius examini quam diligentissime incumbere, ac de ferendo iudicio omnino deliberasse.

Institit adhuc semel, & iterum intra mensem sollicitus Orator; eademque illi ferendæ prope diem sententiæ fides data est. Nec vero apud Pontificem tantum egit, sed & apud eos omnes, qui vel auctoritate, vel gratia aliquid in rem publicam conferre possent. Anselmo de Monopoli, Concionatori disertissimo, ac paulo post pro egregiis meritis ad Purpuram assumpto, Catholici Regis Epistolæ legi curavit; ut & Hispaniæ periculum disceret, & pia apud Pontificem officia, data opportunitate, exhiberet. Erat ille Clementi VIII. intus a Consiliis, Franciscanorum strictioris instituti, quos ex acuminato capitis integumento, Capucinos vocant, Procurator Generalis, qui & firmum finiendæ causæ propositum jam ante didicerat, & scripta ad internoscendam Augustini mentem, ab ipsa Sanctitate Sua elucubrata, sæpius observaverat. Horum Francisco Pegnæ fidem fecit, promissitque, rem sese pro viribus curaturum. Addidit summo cum stuporis sensu: (1) *Hi Jesuitæ in ista se pericula proferunt per superbiam suam, & quia alios Religiosos, ac Doctores floccificant, hac præconcepta opinione, alios omnes indoctos esse, & ignaros.*

Promissis stetit abque mora Vir meritisissimus. (2) Cum enim in Ecclesia Romana tunc temporis moris esset, ut, erroris alicuius imminente damnatione, adversus eundem coniones in Palatio Apostolico haberentur, multique, iubente Pontifice, de humani arbitrii infirmitate, ac de Divinæ Gratiæ efficacia ex sacro suggestu jam ante dixissent; dixit & ipse ordine suo, tanta sermōnis efficacia, ut omnium pene lacrymas excufferit. Moxque ad Eminentissimos Cardinales converso sermone, aurea D. Bernardi verba (3) in eos contulit, laudabili, ac plane Apostolica libertate: *Ad vos specialiter spectat tollere scandala de Regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas. Sic enim præcepit Moyses, cum montem subisset: Habebis, inquit, Aaron, & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quaestionis, referetis ad ipsos. Illum loquitur Moysen, qui venit per aquam, & non in aqua solum, sed & in aqua, & sanguine; & idcirco plusquam Moyses, quia & in sanguine venit. Et quia pro Hur, & Aaron stat zelus, & Auctoritas Romane Ecclesie super populum Dei, ad ipsum merito referimus non quaestiones, sed læsiones fidei, & iniurias Christi, Patrum probra, atque contemptus, presentium scandala, pericula posterorum. Irridetur simplicium fides, eviscerantur arcana Dei, quaestiones de altissimis rebus temerario ventilantur, insultantur Patribus, quod eas magis sopiendas, quam solvendas consueverint. . . . Et si iudicatis, me iusto moveri; movemini & vos: ac, ne frustra movemini, agite pro loco, quem tenetis, pro dignitate, qua polletis, pro potestate, quam accepistis, quomodo qui ascendit ad Cælos, descendat usque ad Inferos.*

Tot illa imminenti Apostolicæ Definitionis argumenta, certamque ferendi iudicii voluntatem nova demonstratione comprobavit Sanctissimus Pontifex. Societatis Præpositum die 31. Decembris vocavit, & apertè ferendæ damnationis propositum, monuit, ut Molinam indefensum dimitteret. Hæsit ad hæc Vir acutus: interim tamen lepida circulatione respondit, nonnulla sibi in Molinæ Concordia minime probari, Societatisque Theo-

(1) Li Jesuiti per la sua superbia, e per estimar un niente gli altri Religiosi, e Dottori, sono cascati in questi inconvenienti, persuadendosi che tutti gli altri siano ignoranti. (2) Ex Epist. Pegnæ ad Gasp. de Cord. (3) Epist. 188. (4) Paul. Leon. de Sci. Med. pag. 72. Eug. Phila. in exe. schol. append. ad Camer. Annot. de Sci. Med. disp. 4. Ortega. tom. 1. cont. 3. disp. 1. q. 4. cer. 3. (5) Ex Pegnæ Diario, ejusdemque Collect.

logos quandam pro ejus emendatione Censuram edidisse, quam Sanctitas Sua legere possit. Negavit Pontifex, non ultra, inquiens, congerenda scripta, quorum jam satis prolixitate, ac numero premebatur.

Id sibi ab ipso Summo Pontifice die 12. Januarii affirmatum, testatus est Dux de Sessa; ferre tantam hac ultima occasione finiendæ causæ voluntatem in illo probasse, ut nulla deinceps ea de re dubitatio superesse possit.

Quæ cum ita sint, dicant, amabo, recentiores huius historiæ depravatores, (4) quo ex tripode revelatum acceperint, Clementem VIII. nusquam de ferenda Molinæ damnatione deliberrasse, eumque nequidem, ut privatam Doctorem, in Prædicatorum sententiam propendisse? Certe (ut nihil hic de subsequenti annorum historia præmature dicam) sola, quæ scriptissimus hæctenus, præsentis examinis acta revincendæ fabulatorum dicacitati abunde sufficerent, nisi turpis domesticorum auctoritate revincerentur. Eos maxime falsi postulant Fuligatus, & Petra-Sancta, Societatis scriptores, lib. 6. De Vita Bellarmini c. 7.; dum ejus cum Cardinali de Monte-alto colloquium de Auxiliorum Controversia, hoc anno 1601. desinente, in Sacello S. Marcelli habitum referunt. Dicenti quippe Cardinali Montalio, posse, & velle Summum Pontificem de hac Controversia pronuntiare. Bellarminum respondisse, scribunt: *Posse, & velle, non inficior; pronuntio tamen, fore ut non desinat.* Immo usque adeo Scriptores illi Clementem VIII. ad ferendam tunc temporis damnationem propensum agnoscent, ut Bellarmini dictum, ceu propheticum, habuerint, quod rem ab omni veri specie remotissimam prænuñtiasset, & litis huius exitum, contra aperta causæ præjudicia, cognovisset.

Defudant sub tanta auctoritatis pondere huius historiæ corruptores; maluntque, Bellarminum Prophetæ titulo defraudare, quam in huius litis decisionem propensum Pontificem confiteri. Id etenim Bellarminum, non prophæticæ spiritu persusum, dixisse, voluit; quasi, contra manifesta causæ præjudicia, litis exitum prædixisset; sed iusta causæ confidentia ductum: quod scilicet Pontificem, in ferendis iudiciis falli nescium, nihil contra veritatem, a Societate vindictam, decernere posse, certissime nosset.

Abstet, ut de cælesti Bellarmini lumine disputare, aut Saulem alterum inter Prophetas adscribere velim. Hæc mihi duntaxat ad revincendam dicacitatem verba sufficiant, quibus nihil a novellis Apologisis responderi video: *Posse, inquit Bellarminus, & velle, non inficior.* Hinc quippe de Pontificis voluntate satis constat. Quid vero illum eo anno a ferendo iudicio retardarit; felixne violandæ veritatis impotentia, an partis alterius callidæ dexteritas; quæ sequuntur, capitula satis produunt.

#### CAPUT XXV.

*Prima, pro impedienda Definitione Jesuitarum ars. Periculosa Molinæ dogmata tenacius apertè Marte propugnant, atque disseminant, ut oritur schismatis metum Clementi VIII. incutiant, si contrarium decernat.*

Non uno probatum erat experimento, (5) Clementem VIII., ad ferendam licet damna-

damnationem sponte propensum, hoc tamen maxime scrupulo laborasse, ne, si minus religiose Definitionem Jesuitæ suscipere, fatale quidpiam enasceretur. Verebatur Sanctissimus Pontifex, ne Viri, toto orbe diffusi, Potentum gratia, & auctoritate fulti, ubique pene juventutis institutioni præpositi, grave quoddam Ecclesie damnum afferrent, nisi Pontificiæ damnationi libentissime parerent. Nec vero suum illum imminenti periculo metum arcano cordis sine continuit, aut solis Consultatibus communicavit; sed Catholici Regis Oratori, & Francisco Pegnæ in solemnibus colloquiis aperuit, ut Religiosissimi Principis zelum in perduelles, si qui forte occurrerent, coercendos excitaret.

Tot illa, timide in speciem, indolis argumenta Societatis animum erexerunt. Pontificem timore vincendum, existimant, quem ratione superare non possent. Nec satis haberunt, eum identidem clamoribus, querelis, ac minis convenisse; sed audaciori molitione a suscepto consilio decedere, tentant. Molinæ enim partes, majori quam antehac studio susceperat, quo præsertim tempore notum erat, illum novo Romanorum Censuram iudicio damnatum esse; ac de ferenda sententia jam satis Romæ deliberatum, ut publica illa significatio dignosceret Pontifex, non eam esse Societatem, quæ Molinam indefensum dimittere veller; timendumque quam maxime orturi schismatis periculum, si quid in eam decerni contingeret.

Res in amplissimo Salamantici theatro tentata est. Theologicas, Cardinali Bellarmino nuncupatas; publicæ disputationi dederat die 4. Novembris, quibus ad dispandos, ut aiebant, Romanæ Censuræ rumores, non ea duntaxat Molinæ dogmata propugnantur, quæ mitiori virgula digna viderentur; sed & illa præsertim, quæ severiori erroris, & hæresis censura damnata fuerant.

Ita quippe Conclusio 1. habebatur. „ Quamvis post primum nostri Parentis peccatum, hominum supernaturalibus donis spoliatis remaneret; post nihilominus in natura lapsa, sine aliquo auxilio specialis Dei, excedente limites naturæ, (quod & nunc etiam quilibet in mortali potest) peccata omnia contra legem naturalem divise vitare, quilibet vehementi tentationi ad iustissimi peccatum pro quolibet momento resistere. „ Immo & Deum ipsum postferri viribus naturæ super omnia diligere, & actum contritionis naturalis, cum proposito amplius non peccandi lethaliter, producere. Eisdem etiam naturæ viribus potest quilibet, cum solo concursu generali Dei, mysticis supernaturalibus, sibi propositis, actu mente naturali assentiri, specie distincto ab actu Fidei Divinæ.

„ Ita Conclusio 2. Assentiendi actu mere naturali, Deus ex certa lege, cum Christo Domino facta, gratiam, auxiliare conferet, quibus, ut oportet ad salutem, & gratiam iustificantem, credat.

„ Ita Conclusio 3. Gratia efficax nihil superaddit Gratiæ sufficienti præter denominationem quandam ab effectu, ut infallibiliter liberè producendo.

„ Ita Conclusio 6. Donum perseverantiæ in

(1) Tom. I. (2) La segunda cosa, que ha parecido aqui muy grave, y muy esorbitante, es aver llegado á esta Corte a 18. del presente unas Conclusiones impresas, que los Jesuitas fautores de Molina publicaron, y defendieron en el Colegio de Salamanca a 4. Noviembre pasado 1601. en las quales osaron defender todas las proposiciones de Molina, que una Congregacion entera de Theologos, ordenada de Su Santidad para ella causa, en vista, & en revista a ferido ser Pelagianas; y Semipelagianas: y en tiempo que Su Santidad tiene puesta la mano en ella, y actualmente la esta viendo, para declararla. Y averse atrevido a este acto tan exorbitante en Espana, a vista de Su Magestad, que por de la declaracion Apostolica: y en Salamanca, donde se ha siempre guardado como en

hoc consistit, quod ea Deus auxilia conferat adultis, cum quibus illum pro sua libertate cum gratia perseveraturum, Scientia sua Media, qua omnia futura, etiam conditionata, certo, & infallibiliter cognoscit, prævideat. Unde ipsa adulti futura cooperatio usque ad finem cum prædictis auxiliis, tanquam conditio, complet prædictam voluntatem Divinam, in ratione volentis, donum perseverantiæ conferre.

Theses illas Romam transmisit Franciscus Zuzmel, Ord. Redemptionis Præpositus Generalis, nonnullis additis observationibus marginalibus, quibus proposita dogmata, Bellarmino, cuius nominis dicebantur, plane contraria demonstrabat. Excanduit ad intemptivum rei nuntium Dux de Sessa. Pontificem impiger adit die 19. Januarii 1602. novisque Jesuitarum molitionibus expostis, pro Apostolico iudicio denuo supplicavit: quo solo frenari postfer Novatorum audacia. Pegnam etiam ad audientiam admitti petiit, ex quo universa cumulatus accipere possit.

Accessit iste itata die viginti secunda transmissas Sanctitati Suae Theses obtulit, quas cum ille legisset ex integro, obtulit: nec tamen despondit animum: *Tuæ quæstio, inquit, son propositio del Molina! Mox e sella furgens cepit de propositis assertionibus, deambulando, discedere. Illi dicunt, inquit, quod ex certa lege constituta inter Patrem & Filium, Jacenti, quod in se est, Deus dat Gratiam: ergo in potestate hominis est habere Gratiam, quoties scerit, quod in se est: ergo Gratia non est Gratia, cum detur, quia volo, seu quia facio, quod in me est. Di quæstio non si potest fuggera. Adunque al libero arbitrio si deve attribuire la giustificazione: il che non admette S. Agostino; nè le sacre lettere. E S. Cipriano dice: In nullo gloriamandum, quia nostrum nobis est. E pure quando disse questo, non negava il libero arbitrio. In altre loro dicono, (o Molina dice) che viribus nature si può superare qualsivoglia tentatione quantunque grande! Cosa tanto aliena dalla vera Teologia quanto possa pensarsi!*

Hæc, aliaque multa non sine magno animi sensu discevit doctissimus Pontifex. Ac tandem Francisco Pegnæ, effusus lacrymis exoranti, ut tot emergentibus periculis occurreret, respondit, se præsenti propositi tenacem, his artibus minime concuti, atque ad parandam Definitionem Apostolicam ita lecturum, ac studio indugere, ut eorum pene usum amitteret. Iussit autem interim, ut qua valebat in Hispaniis auctoritate, ac gratia, inauditam illam Thesium petulantiam obceret, provideret, donec ipsem erroris caput extremis Pontificiæ auctoritatis fulmine contereret.

Paruit Clarissimus Vir. Ad Generalis Inquisitionis Matritensis Consilium scripsit die Januarii 24., ut in audaces severius animadverterent, suoque munere diligentius invigilarent. Suis etiam Excellentissimus Orator addidit Epistolam ad Ill. D. Petrum Franqueza, Regi Catholico a Secretis, ut iuxta D. Pegnæ monita, ad Inquisitionem directam, causam urgeri, ac promoveri satageret. Sic porro Pegnæ hoc de argumento inter alia scripserat.

(1) *Adam aleruy, quod hic grave admōdum,*



ne nimis audax omnibus visum est. Ad hanc Romanam Curiam die 18. currentis allata sunt Theses nonnullæ typis editæ, à Jesuitis, Molinae fautoribus, vulgata, ac propugnata in suo Salmanticensi Collegio, die 4. Novembris elapsi 1601. quibus universas Molinae propositiones tueri audent, quis integra Theologorum Congregatio, ab Apostolica Sede instituta, simul, iterumque Pelagianas, ac Semipelagianas pronuntiarit: idque hoc ipso etiam tempore, quo Sanctitas Sua adnotam operi manum habet, illarumque examini etiamnum incumbit, ut solenne Apostolicæ Sedis Judicium ferat. Quin immo, quod suspendam magis, in Hispaniâ attentata res est, sub ipsi Marcellino, cuius definitionem Apostolicam urget modis omnibus, ac in ipso Salmanticensi theatro, ubi hæcenus veræ Theologiæ depositum, ad enatas ubivis hæreses constitutas, religioso servatum est. Tam inaudite, ac petulantis audacia facinus visum fuit, ut inimum doloris sensum nemo non palam esfuderit. Si etenim id Roma, totaque Italia non patitur, nec re ipsa paucis aut diebus passa est, in Capitulio Generalibus, in Urbe celebratis, simile quidpiam attentari, nec effrenam illam licentiam Gallia ipsa permitit, ubi tolerari quodammodo possit, minus minus id quisquam in Hispaniâ audent, aut etiam excogitare debuit. Remedium quantocius adferant Dominaciones vestre, providentique, quo par est, animi sensu, ceteraque reverenti, magnum se hinc S. Sedi, cuius concretitiam habetur auctoritatem, obsequium prestituros, grateque admodum animo exceptum iri, quidquid sacrum Tribunal, ad comprimendam temerarios ausus, pro sua religione prestiterit. Deus Dominaciones vestras servet incolumes, Rome 24. Januarii 1602.

FRANCISCUS PEGNA.

Adaci petulantium Theſium molitioni novos conatus addidere Jesuitæ, ut imminenti ex Molina damnatione schismatis matum incurerent. Tanta scilicet industria opinioniones ejus per universam Hispaniam disseminarunt, ut lippis, ac tonforibus nota res esset. Non eas modo in scholis, ac pulpitis venditabant, sed & in ipsis secretioris penitentiarum tribunalibus. Nec Theologos tantum, ac discipulos suos, verum & rusticam plebem ipsaque de trivio mulieres Divinæ Gratiæ questionibus opplebant, quæ, veluti fanaticæ, lymphatæque Prophetiæ, nihil, nisi Molinam, eructabant. Rei fidem facit Clarissimus Pegna, qui post locupletissimam facti notitiam, a reſibus fide dignissimis Romæ acceptam, Generalis Inquisitionis Consilium admonuit, quantum illa opinioniones promovendi ratio Romanis Judicibus scandalo fuisset, quamve periculofam inducendi Pelagianismi viam aperiret.

(1) Multi admodum Doctores, ac Theologi ( in

deposito la verdadera Theologia, para confutar las heresias, que an nacido dentro, y fuera de España. Aparezió cosa tan grave, tan insolita, y atrevida, que obliga mucho, para hazer mucho sentimiento della. Porque no permitiendo en Roma, ni en toda Italia tal descomulgura, ni averle permitido en los Capítulos Generales de Religiosos, que se han celebrado en Roma, ni correrle en Francia tan arriada suelta, donde la podía mas permitir la libertad de conciencia. Nadie avia de estar en España, ni aun intentar o pensar cosa semejante en materia tan grave. VV. SS. procuran el remedio con la diligencia, y sentimiento, que es razón. Y tengan por cierto, que en ello se hará notable á esta Santa Sede, y á Su Santidad, por cuya autoridad responderán. Certificando, que quedará muy servido, y muy agradecido, por todos los officios, y diligencias, que hiziere este santo Tribunal, para reprimir con todo rigor tan desatinados atrevimientos. Que es todo, lo que puedo por agora declarar, y afirmar. Dios guarde VV. SS. de Roma á 24. de Enero 1602. FRANCISCUS PEGNA.

(1) Muchos Doctores, y Theologos (cognit in Epistola sub 20. Februarii) que han legado aqui confesiones, que ponen los Teatinos tanto cuydado, en enseñar esta doctrina no solamente en sus Colegios, mas tambien en los Confesionarios, y otros lugares, que hasta las mugeres tratan dello, y siguen las miserables, lo que las enseñan en esta materia, los que ponen tanto cuydado en persuadirlos. Y que ellos no se esconden ya de publicar y enseñarla, no ay para, que hablar de aqui adelante, mas en cifra. Elafin duda España en evidentiſſimo peligro de ser Pelagiana: porque depuis que en el año 1588. se imprimió el libro de Molina en Lisboa (del qual se han echo muchas impresiones) a corrido, y corre por toda España. Y particularmente sus autores han procurado meterlo por todos los rinceones, que han podido. Los Obispos, y los demas Confesores Theologos juntados para este efecto, por orden de Su Santidad, no acaban de maravillarse, de como ha sido, o es possible, que los Obispos de España, entre los quales ay muchos muy grandes Theologos, an callado, y dexado de dar voces contra tan pongonosa doctrina, &c.

quit in Epistola sub 20. Februarii) qui Romanam nuper perveneret, palam professentur, Jesuitas tanto ardore, ac studio Molinae doctrinam promovere nedum in Scholis suis, sed & in sacris Tribunalibus, ubi fidelium Confessiones excipiunt, atque promissive locis, ut ipse quoque misericorditer de suscitatis controversis differant, usque se miserum in modum opinionionibus inficiant, quas illis servidi Acores insilliant. Ceterum, cum jam non in angulis delitescant, sed palam, & aperte se prodant; non est, cur & nos demps occite loquamur. Magna profecto obibendi Pelagianismi discrimina periclitamur Hispania. Ad anno 1588. quo Molina liber Ulyſſipone prodit (cujus demps Editiones non paucæ curatae sunt) per universam Hispaniam incredibili fastidione ejus ardore vulgatus est; jamque in omnibus parte angulis profudit. Episcopi, ceterique Theologi Confessores, Apostolicæ Sedis Auctoritate ad illius examen deputati, mirari satis nequeunt, quæ demps sorte factum, ut Hispaniarum Episcopi, quos inter per multi sunt Theologi mirissimæ, conciterent, nec adversus scabiosum adeo, absonamque doctrinam publice declamarent.

Hac arte ufos Pelagianos, S. Hieronymus monet Epistola ad Crespionem, & Dialogo 1. contra Pelagianos, ut errores suos late distunderent, & aurito gregi, ut minimum, fucum facerent. Hinc illa Sancti Doctoris verba: Quid volunt misere mulierculæ, operari peccatis, que circumstantur omni veno doctrina, semper discent, & nunquam ad scientiam veritatis pervenient: Ceteri muliercularum foeti, prurientes auribus, & ignorantes, quid audiant, quid loquantur; qui vestissimum eorum quasi novam suscipiunt temperantiam?

Ceteram nihil hæc apud Summum Pontificem valuit machinatio, quam ut præfentioris remedii necessitatem ostenderet. Tanto enim efficacius grassanti malo occurrendum existimavit, quanto latius per universa florentissimi Regni membra distunderetur, ne si fera procrallinatione invalideret, omni demum remedio superius evaderet. Sic ille Hispanorum Oratori declaravit, dum has ipsi machinationes, & artes identidem referret.

CAPUT XXVI.

Altera, pro impedienda Definitione, Jesuitarum a Sylvanecensium Episcopum implantant, qui Molinismum in Academia Parisensi florentem Pontificis mentiatum, ut Definitionem ejus ea in Academia improbatum iri, subinnuat.

Lepida hæc, atque interim dolosa machinatio fuit, singulari observatione dignissima. Romæ

mæ sub anni 1601. finem versabatur Antonius Rosa, ex libera Avunculi sui abdicacione Sylvanecensium Episcopos designatus: Vir, ut fertur, turbulens, quem tandem ob inquietam indolem, & implacabiles cum Capitulo suo litigationes, in alterum Episcopatum transferre, necesse fuit: Dignus fane, pro morum cognatione, Guilielmi Rose successore, ac Nepos, quem Clarissimus Thuanus; (1) uti rebellium ducem, depingit; per viocos Lutetiæ, civili bello agitata, septorum (2) tempore circumcurfantem, ingenti armatorum Monachorum manu spicatum, crucem una manu, hastam altera tenentem, & a perduellionibus Machabeum solito dictum.

Hic, petito aliquot dierum secessu, solita spiritalia exercitia sub Patrum Societatis cura peregit mense Novembri. Non unius spiritualis vite delicis mentem pavit novus Elifæus; sed piis Directorum justis extremos statuti exercitorum temporis dies in Molina lectione transegit, ut in physicam Prædeterminationem coram Clemente VIII. postmodum declamaret, eamque ab Academia Parisensi prædamnatam, assereret.

Paruit vir obediens, & intemptivi studii consilium subsecutus declamacionibus comprobavit. Sorbonam in Molina gratiam pronuntiasse, palam effudit; physicam Prædeterminationem, seu hæresim, proſcripſiſſe; virosque plus minus triginta quinque, qui Licentiæ Theologicæ studium una cum ipso decurrerant, in Societatis doctrinam publicis Actibus confensisse. Hinc timendum subinnuebat, ne si Definitionem Apostolicam in oppositum ederet Pontifex, reluctaretur Academia, totumque florentissimum Regnum periculofiori schismate scinderetur. Tanta vero in venditandis nugis, ac fabulis confidentia valuit, ut non eas stolidæ plebi, aut inexpertis rerum, Gallicanarum Theologis divenderet; sed coram ipso Summo Pontifice, Theologicis Sorbonicis Crellio, & Bossutio testaretur.

Id amariori excepit animo Clemens VIII. indigne adnotum ferens, Academiam Parisiensem Sedis Apostolicæ Judicium atterevitisse. In facti nihilominus veritatem per epistolam inquiri, justit. Hujus igitur nomine ad Doctissimum Duvalium, Doctorem, ac Regium in Sorbona Professorum, scripsere Crellius, & Bossutius die 5. Decembris; expositique Sylvanecensium Episcopi declamacionibus, facti veritatem rogarunt. Responsum sequenti mense dedit doctissimus Vir, in hanc modum.

CLARISSIMI DD. AC MAGISTRI.

(3) „Ægræ sero, quempiam Romæ commo-  
tantem effuisse, Academiam nostram aliquid  
in Molina gratiam decernere voluisse: hoc et-  
nim falsum est, nec quidquam de hisce Qua-  
estionibus publice in eadem Academia agitatum  
fuit; aut inter Theologos nostras privatim, ni-  
si cum summa cautela disputatum. Providetur  
enim, ne nostri hæretici ex hujusmodi diffidis  
triumphum agere velint. Æque vero falsum est,  
quod idem retulit, triginta quinque Viros,  
qui eandem cum ipso Licentiam decurrerent,  
Molinae opinionibus assentiri. Nullus enim il-  
lorum fuit, qui aut non defenderit Prædeter-  
minationem cum SS. Augustino, & Thoma;  
aut qui saltem ei contradixerit. Immo conve-  
ni ex eis aliquos, qui cæteris aliquantulum emi-  
nere videntur, atque interrogavi, si quid for-  
se privatim inter illos accidisset. Qui respon-  
derunt Tom. I.

derunt, nihil se profus egisse, ac etiam actus, nisi quod ipsis ab Academia universa ju-beretur. Ceterum, quod mea interest, ego semper Prædeterminationem admisi, utpote sua jura Deo Optimo tribuentem, nihilque homini detrudentem, ejusve libero arbitrio, quocumque belle cohæret, judicio meo. Academia porro nostra Sanctitatis Sæc. Judicium, non in hocce duntaxat argumento, sed & in cæteris omnibus expectabit. Providebimus vero per Syndicum nostrum, ne interim ullus ex Baccalaureis nostris quidquam de Molina opinionibus suis in Thesibus defendat. Parisi die 20. Januarii 1602.

ANDREAS DUVALIUS.

Doctissimi Duvalii responso diffusa Societatis artes evanuerunt, non sine summo Sylvanecensium Episcopi dedecore: probatumque omnibus fuit, Parisiensem Academiam intra debitos filialis obedientiæ limites stetit hæctenus, & in Prædicatorum doctrinam, uti Augustinianam, ac Thomisticam, inclinare.

Suam illam in Prædicatorum doctrinam propensionem, ac voluntatem luculentiori probavit argumento Academicarum Princeps, dum Roma post menses aliquot Parisios profectus idem Episcopus, novum levitatis suæ specimen dedit. Cum enim impatienti Molinismi defendendi prurige laborans, Actum Resumptæ (cujus lege Episcopi soluti erant) propugnare voluisset, Thesibus subscribere renuit Academia, quod contra Divinæ Gratiæ efficaciam militarent: parumque abfuit, quin solemniter intercederet, nisi vitandi majoris scandali Religio obfuisse. Testem locupletissimum profero eundem Andream Duvalium, quem Brierius e Societate hoc elogio commendat, ad annum 1612. Doctissimus juxta atque sapientissimus Facultatis Parisiensis Theologus, cui semper parem Academia illa nobilis exoptavit. Sic vero illa in sua ad D. Crellium Epistola die 22. Junii 1602.

D. Episcopus Sylvanecensium defendit Actum Resumptæ, in quo Theses aliquas propugnavit de Gratiæ efficaci, ad Suarezii potius, quam Banneſii mentem. Thesibus ejus nec Decanus, nec Syndicus subscribere: eas nihilominus abſque subscriptionibus typis mandavit, inquens, se & Episcopum esse, & sufficientiæ, ac probatæ suæ coram Summo Pontifice testimonium dedisse. Nonnulli ob ea, quæ de Gratiæ efficaci inseruerat, Actui solemniter intercedere meditabantur: at contempit eos gravioris damni, ac scandali suboritur periculum. Siquidem, excitato murmure, schismata palam subsecuta fuissent; cum potius silentio, ac contemptu restata conſopita fuerit. Quantum ad eruditionem, sufficienter respondit; at non sine lujus indolis ostentatione, quam in ipso comprobasti. Non aderam ego: rus quippe profectus eram. Interfuerunt Episcopi plures, ex quibus aliqui nullo pacto probare poterunt, quæ de Banneſii sententia dixit, quoad Divinæ Gratiæ efficaciam, eam scilicet falsam appellans, ineptam, & absonam; quæ cachinnum, si dilucide exponatur, facile movere possit.

Non deservunt tamen ex Societate, qui secundam hanc Sylvanecensium Episcopi molitionem, specioso vob obduciam, in domesticæ cause patrocinium vertere tentant. Theses ejus Romam transmissas Cardinali Baronio tradidere die 23. Augusti, usque diffimulatis, quæ earum occasione contigissent, Summo Pontifici tradi supplicarunt,

T 2

(1) In hist. lib. 98. (2) Les Barricades. (3) Bistat in Col. Pegna. Ex Gallico idiomate Latina latetur.